









1745.

1. Brückmann, Jakob Fins : De eo, quod jacobum est circa abrogationem non expressum, quam facilius concordatorum  
Germanie, praecepit. Historia et curiositas fetris 1745.  
Brückmann, Jakob Fins : Historia et curiositas fetris 1745.  
2. Lohschütz, Joannes Georgius : De inhibitiōnibus et processu  
inhibitōrum.
3. Reinbatti, Ehrenfried : De eo, quod jacobum est circa  
dignitates Imperii conferendas.
4. Schorck, Hieron. Fridericus, Facult. iuris Nicae docens :  
l. b. s. (ad mortaliōnum iurium. Ioh. Georgii Lohschütz  
invitat).
5. Schorck, Hieron. Fridericus, Facult. iuris Nicae docens :  
l. b. s. (ad mortaliōnum iurium. Ioh. Georgii Lohschütz  
invitat.)
6. Schorck, Hieron. Fridericus, Facult. iuris Nicae docens l. b. s.  
(ad mortaliōnum iurum. Ehrenfried. Reinbatti invitat.)
7. Schorck, Hieron. Fridericus, Facult. iuris Nicae docens l. b. s.  
(ad mortaliōnum iurum. Sebastiani Brückmann invitat).

8. Schorckius, Hieronymus Petrusius: De praestatione annua.  
in urbe Caburgi uritata. Des Balth.

9. Schorckius, Hieronymus Petrusius: To Tabela pedali,  
ejusque differentias ab atlantiali. 2 Sept. 1745-21752.

10. Schorck, Hieros. Fidori: De jure servitatis et censu-  
ejusque acquisitione et amissione per praescriptum.

1746.

1. Reichel, Christian August: De rebus constitutis quaque captae  
lata manata sine clavis. valgo ad vi Vier Fälle, quae  
cotam summis tribunatibus sacri Romani Imperii frequentar-  
tur.

2. Schmette, Henricus Melchior, Facult. iuridicae decanus: Lectori  
benevolo s. p. d. (ad dissertationem inag. Christiani Augusti  
Reichelii invitati).

3. Spitz, Dr. Christopherus; Facult. iuridicae decanus: Lectori  
benevolo s. p. d. (ad dissertationem inag. Iacobi Michaelis  
Wagneri invitati).

1746.

8. Stenger, Joannes David: Nullima voluntate approbationis  
et consensu*m* in Diga.

5. Wagner, Joannes Michael: De archicancellariata ac Directorio  
in comitiis Imperii leviorum Archipiscopato principi  
Uictori Magnitudo competentibus.

1747.  
6. Spitz, L. Christopher: Facult. iuris Decanus: Peitor  
benevolo s. p. d. (ad Disputationem in ag. Emeriti Wilhel-  
mi Streckei iur. nat.).

7. Strecke, Ernest. Wilhelm: De splendore familiaram  
illustrum conservando:

8. Strecke, Ernst. Wilhelm, Facult. iuris Decanus: . . .  
ad . . . Disputationem in ag. Emanueli Badeni . . .  
iur. nat.

9. Strecke, Ernst. Wilhelm, Facult. iuris Decanus: . . .  
ad . . . Disputationem in ag. (Iannii Henrici)  
iur. nat. 2 Sept. 1747 - 1759.

11. Streckius, Consens W. Schelius: De qualitate testam  
ad probanda crimina productorum.
12. Streckius, Consens W. Schelius: De praestantiis legatis  
in testamento invalido relictis.
13. Streckius, Consens W. Schelius: De praestantiis legatis in  
testamento invalido relictis. . . . Accedit. Consens  
W. Schelius. Streckii Programma de pide et tablo in  
instrumenta tam publica quam privata, commun  
notis Rec 1759.

42.

5

1745, 4

FACVLTATIS IVRIDICAE  
DECANVS,  
**HIERON. FRIDERICVS**  
**SCHORCH, JC<sub>T</sub>VS,**

SACRI PALATII CAESAREI COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR, ET  
IVRIS PVBLICI PROFESSOR ORDIN.  
NEC NON CIVITATIS  
CONSVL,

L. B. S.

---

ERFORDIAE  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

EVACALATATIS HAR.DIGIE  
DECVNVS  
HIERON. FRIDERICAS  
SCHORCH. IC<sup>as</sup>  
SACRI PALATI CVBSCVNTI COMES  
MEMORIAE IACCVTATIB. VRESSOR ET  
VARIS PÆRVC. PROFESSOR ORDIN  
NEC NON CIVITATIS  
CONSUL

L R 2

EREGDIA  
TYPUS CHRISTO HORTI HERINGER  
ANNO 1700

**S**ubiectio, quae imperio ciuili respondet, non inepte  
in plenam & minus plenam dispeſcitur. Illa nihil  
aliud est, quam qualitas, quae personam subiectam  
ad fidem & obedientiam imperanti in omnibus &  
per omnia, quae ad utilitatem Reipubl. pertinent, praे-  
ſtandam obligat, ac proin subditos vere & proprie tales,  
qui Domino suo tam quoad personam, quam quoad  
res & fortunas suas obnoxii sunt, efficit. Cumque  
haec subiectio per pactum mutuum, vel expressum vel  
tacitum, & in primis quoque per domicilii constitutio-  
nem inducatur: v. KEMMЕР: CH. *Introд. ad Ius Publ. Imper.* Rem. German. L. 7. c. 16. §. 2. 3. 4. HERT. de Subiecto Territor. §. 12. facile appetet ratio, quarein loco domicilii omnes omnino, tam praesentes quam absentes, in  
quibuscumque cauſis, sine ullo discrimine, forum for-  
tiantur, ibidemque cum effectu conueniri queant. In  
eos enim, utpote veros subditos, imperanti perpetuum  
ius est, quod in absentes etiam, cum illi non minus  
ius domicilii retineant, eiusque potestati, ubique  
sint, subiecti maneant, perdurat. v. COCCEJI *Diff. de fundata in Territor.* Et plur. locor. concurrente potest. Tit. 2. §.  
2. Et Tit. 4. §. 2. Ex diuerto minus plena subiectio dici-  
tur, si quis non ratione personae sua, sed tantummodo  
respectu bonorum, quae possideret, alterius imperium  
agnoscere tenetur, & ideo, ut verbis EYBENII in Eleff.  
*Iur. Feud. c. XI. §. 17. in Opp. p. 640.* vtar, solum ad par-  
ticulares nonnullas functiones Et subiectio nis onera, bonorum  
in alieno districtu sutorum possessionem aut inhabitacionem re-

*spicientia seu consequentia, realia vulgo nuncupant, obstruens est.* Tali igitur subiectione deuincti proveris quidem subditis haberi non possunt, cum sola bonorum possessio subditos proprie non faciat: VIETOR. de causs. exempt. Imper. concl. 29. GAIL. de Arrest. Imper. c. 6. n. 8. in latiori tamen significatione eo nomine veniunt, & subditi particulares, secundum quid, certae caussae, itemque reales appellari consueuerunt. v. EYBEN. c. l. HERT. alleg. Tr. §. 3. Vnde haud difficile est ad intelligendum, quamobrem ii, qui Domino Regionis hoc modo subiecti sunt, coram illo, vel Magistratibus eius subalternis in personam quidem conueniri nulla ratione queant; at, si contemplatione bonorum, quae in Territorio possident, contra ipsos agatur, Iurisdictioni illius Territorii subsint, forumque ibi fortiantur, ita, ut actionem realem vel in rem scriptam, in loco rei sitae institutam, praecise ibi suscipere debeant, nec ad forum domicilii prouocare possint. v. l. f. C. ubi in rem actio exere. deb. Res enim Territorio comprehensa sub potestate Territorii sunt, hinc quoties in rem ipsam agitur, fieri illud in eo Territorio potest, vbi res est, et si illud nullam potestatem in personam habeat. v. cocceii Diffr. allegat. T. 4. §. 24. Nec refert, vtrum res in Territorio constituta immobiles sint, an mobiles, haeque ex destinatione domini perpetuo ibidem manere debeant, vel non. Conf. MEV. P. 4. decis. 74. & P. 6. decis. 347. STRVV. Synt. Iur. Civil. Exerc. 9. th. 53. Quemadmodum etiam ratione possessorum nihil interest, cuiuscunq; illi caeteroquin conditionis sint, cum rei solum, non personae ratio heic habeatur. Sic Clerici, quamvis quoad personam & munus suum à Iurisdictione seculari secundum iuris Canonici dispositionem plane

plane exempti sint, foroque maxime priuilegiato gaudi-  
deant, tamen intuitu bonorum patrimonialium, quae  
in Territorio possident, regionis Domino subiecti sunt,  
& propterea actionibus realibus in foro rei sitae secula-  
ri conueniri possunt. Quae sententia, quicquid non  
nulli ex Iuris Canonici Interpretibus dissentiant, v. EN-  
GEL. Colleg. Iur. Canon. Tit. de foro Compet. n. 40. ZOES.  
ad ff. Tit. de Iudic. n. 79. in Germania vsu fori recepta,  
teste GAILLIO L. I. Obseru. 37. n. 4. & MYNSINGER cent.  
I. Obseru. 22. n. 2. cent. 4. obs. 95. nec non cent. 5. obs. 93. n. 6.  
atque in specie in Archi-Episcopatu Moguntino, saltem  
quoad bona Clericorum patrimonialia immobilia, pecu-  
liari Constitutione firmata est. Comp. Eminentissimi  
quondam in Celsissimi Principis Electoris Moguntini PHILIP-  
PI CAROLI Editum de d. 21. Febr. 1733. vbi §. 3. expref-  
se disponitur: Gleichwie aber Wir einen billigen Anstand  
finden, das denen geistlichen Personen zustehende Priuilegium  
fori auf die von einem und anderen mit Churfürstlicher Er-  
laubniß kanftlich an sich gebrachte, oder anererbte obnbe-  
wegliche weltliche Güther extendiren zu lassen: als sollen --  
die Geistliche, solcher an sich gebrachten bürgerlichen obnbe-  
weglichen Güther halben, mittels einem oder andern zuste-  
henden real-actionen, vor unserren weltlichen Gerichten Red  
und Antwort zu geben, sofort zu Recht zu stehen verbunden  
jeyn. Neque forum hoc rei sitae illi, quibus alias pri-  
uilegium de non euocando competit, v. MEV. P. 3. decif.  
118 vel, qui iure Auctregarum frumentur, v. MAVRIT.  
de Nobilit. imprim. German. ib. 50. inf. &c in genere omnes  
Immediati, si ratione bonorum mediatorum conueni-  
antur, de LVDOLF. Ius Cameral. Sect. I. §. 3. n. 3. declina-  
re queunt. Neque porro interest, vtrum possessio in  
loco rei sitae reperiatur, an non; absens enim vel in sub-

sodium citari, & si non compareat, auctor in possessionem rei petitiae mitti, GAILL. L. I. Obscr. 56. n. 5. § 6.  
MEV. P. 6. decis. 346. vel etiam citatio in rem ipsam fieri, & insinuari potest. v. BERGER. Elect. Discept. Foren. Tit. IV. Obs. 2. p. 69. Squ. add. MEV. P. 5. decis. 320. Sed quod iuxta haec tenus deducta non pendet a possessoris arbitrio, datur nihilominus electioni auctoris, ut scilicet is non abscede in foro rei sitae agere teneatur, sed rem suam etiam in loco domicilii possessoris petere possit. Etsi enim in potestate iudicis domicilii ea res non sit, est tamen persona, quae conuenit, atque adeo compelli potest, ut satisfaciat. conf. COCCII cit. Difser. Tit. 4. §. 3. De quibus & aliis huc pertinentibus in Electione, quam vocant, Cursoriâ occasione I. f. C. vbi in rem actio exerc. deb. copiosius differet

NOBILIS ET CLARISSIMVS  
IVRIVM CANDIDATVS

DOMINVS

IOH. ELIAS FRANTZIVS,

qui ortum suum ad honestissimos parentes refert: Pater eius fuit, B. ELIAS FRANTZ, ciuiis Zeulenrodenensis & proprietarius molendini Pöllwitzi, in Illustrissimorum Comitum Ruthenorum Lineae senioris Graitzenis territorio integerrimus, mater vero omnibus, dum viueret, ornata virtutibus foemina CHRISTINA, e MARTINORVM gente orta, ex quibus d. 17. Aug. A. O. R. MDCCVI. editus est. Quanquam vero Parentes eius dilectissimi praematuris cogarentur fati eundem deserere, a teneris tamen pietatis & bonarum artium studiis ille se consecravit, omnemque nauauit operam, ut illis imbueretur, ideoque pietatis & literarum rudimen-

tis

tis in Schola Zeulenroderi positis, ad Lyceum Schleizense se contulit, vbi literis humanioribus egregie instructus & ad altiora praeparatus est, usus in primis Praeceptoribus, M. MATTHIA NAVNDORFFIO, Rectore tunc temporis optime merito, itemque JO. MARTINO ALBERTI, tunc Con - Rectore, nunc vero Superintendentice dioecesis Schleicensis Summe Reuerendo. Inde ad Academiam Ienensem accessit, vbi A. O. R. MDCCXXVI. in Album Studiosorum inscriptus est, iactisque fundamentis philosophicis, ad sacra Theodos aditum sibi patere existimans, ex celeberrimorum Professorum & Doctorum ore peperdit, clarissima huius Athenaei Luminaria, SCHROETERVM, STRUVIVM, BRVNQVELLM, BVDERVM, FLOERCKIVM, HEIMBVRGIVM, DIETMARVM, nec non in historicis SCHMEIELIVM audiuit, è quorum praelectionibus, accedente industria propria, talem Iurium scientiam acquisiuit, ut ad causas in foro perorandas se se applicare posset. Igitur A. O. R. MDCCXXX. Geram adiit, ibique à Patrueli ad cineres usque venerando, Dn. JO. CHRISTOPHORO MARTINI, Serenissimi Ducis Saxo-Gothani & Altenburgici Consiliario de commissionibus, & Aduocato Gerano immatriculato famigeratissimo, ante aliquot annos placide defuncto, in domum receptus est. Postquam vero dictus Dn. Patruelis eius, Deo sic volente, è vita decesserat, ab Illustrissimo Comite ac Domino, DNO. HEINRICO XXV. Totius Celsissimi Stemmatis Seniore iunioris Lineae RVTHENO Comite ac Domino a Platia, Domino in Graiza, Cranichfelda, Gera, Schleiza & Lobensteinio &c. Patriae Patre Optimo Maximo, A. O. R. MDCCXXXVI. dignitate Secretarii Commissionum clementissime condeco-

decoratus. atque simul in numerum Aduocatorum inferiorum Iudiciorum in Comitatu Gerano receptus est, & paulo post Clementia Illustrissimorum omnium Regentium COMITVM iunioris Lineae RVTHENORVM a Plauia, Dominorum in Graiza, Crannichfelda, Gera, Schleiza, & Lobensteinio &c. &c. Patrum patriae Ex-optatissimorum, in numero Illustris Communis Regiminis atque Consistorii, quod Gerae est, Aduocatorum esse coepit, quod munus hucusque strenue & feliciter sustinuit. Tandem Ordinem nostrum adiit, eidemque desiderium suum, Supremos in Vtroque Iure Honores & Priuilegia Doctoralia rite capessendi, modeste aperuit. Transmissi igitur eidem sunt bini ex Vtroque Iure textus, quos, cum eruditè enucleasset, & in ipso Examine Rigorofo ad quaestiones propositas doctè respondisset, per vnamimia decretum est, vt ad vltiora specimina Inauguralia admittendus, votique sui compos reddendus sit. Quare futuro die Lunae, d. IV. Ian. a. c. in Lectione Cursoria l. f. C. vbi in rem actio exercer. deb. interpretabitur, eaque finita, Dissertationem Inauguralem

DE

### TVTELA FEVDALI, EIVSQVE DIFFERENTIIS AB ALLODIALI,

habebit. Quibus actibus solennibus ut Magnificus Vniuersitatis Rector, nec non Academiae Proceres ac Ciues haud grauatum interesse velint, ea, qua par est, obseruantia & humanitate inuitantur. Publ. sub sigillo Facult. Iurid. d. 3. Ian. A. O. R. MDCCXLV.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1745-47

X 2386990

ULB Halle  
007 650 40X

3







B.I.G.

42.

5

1745, 4

FACVLTATIS JVRIDICAE  
DECANVS,  
**HIERON. FRIDERICVS  
SCHORCH, JC<sub>T</sub>VS,**  
SACRI PALATII CAESAREI COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR, ET  
IVRIS PVBLICI PROFESSOR ORDIN.  
NEC NON CIVITATIS  
CONSVL,  
L. B. S.

---

ERFORDIAE  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

